

dedit, viam quae per Castul. | saltum¹ Sisaponem ducit | adsiduis imbribus corruptam munivit, signa Vene[ris] Gen[e]tricis² et Cupidi[nis] ad theatrum posuit, | HS centies, quae illi summa | publice debebatur, addito | etiam epulo populo remisit: | municipes Castulonenses | editis per biduum circens. d. d.

Castulone in Hispania (II 5270 semel descripta saec. XVI, accurate ut videtur). — 1) Pars montium Sierra Morena dictorum (Huebner). — 2) Genitricis traditur.

5514 M. Anicius L. f. Baaso, M. Mersicius C. f. | aediles aerarium faciendum dederunt.

Praeneste loco antiquo, in pariete camerae extractae ex lapide quadrato (XIV 2975 vidi).

5515 L. Ateius M. f. Capito¹ | duumvir quinq., | curiam, tabularium, | scaenarium, subseliarium loco | privato de sua pecunia c. C. N.² f.³ coeravit, | porticus cenacula ex decurionum decreto de | sua pecunia c. C. N.² faciunda coeravit idenq. probavit. (*In latere*) D. A. √. IX.

Prope Civitavecchia rep. loco dicto la Chiaruccia, ubi fuit Castrum Novum Etruriae, est Romae (I 154. XI 5585; Rischl tab. XCIVg). Litterae in latere perscriptae, quae nunc latent, videntur esse notae lapicidae. — 1) Eidem viro eodem loco positus fuit titulus XI 5584. Fortasse parentela coniunctus cum C. Ateio L. f. L. n. Capitone iuris consulto, consule suffecto a. p. Chr. 5. — 2) Colonis Castrum Novi. — 3) Faciunda.

Tabularii urbani titulum dedimus supra N. 55.

5516 Ti. Caesari Aug. f. | Augusto pon[t.] max. | C. Aemilius Volso.¹ f. Oca², | L. Fonteius Q. f. Rufus Ilviri porticum, | curiam d. d. faciendum | curaver. eid. que probav[ere].

In insula Dalmatiae Cherso (III 5148 cf. III 40151 ter descripta, non sine mendis). — 1) Volsonis nomen non rarum in Dalmatia. — 2) Sic duo apographa.

5517 <pro salute imp. Caes. C. Iuli Veri Maximini Pii Felicis Aug. p. p. | et divinae domus eius>¹ aedem curialem Concordiae² | et tabularium et ponderarium³ civitas Galitana | a solo p. p. fecit et dedicavit.

Henschir el Charub in Africa, ubi fuit civitas Galitana (VIII 757 cf. 12221 vidit Wilmanns). — 1) Quae intra uncus () posui, scripta sunt in litura; videtur nomen Maximini deletum, cum Gordiani pater et filius in Africa imperatores facti essent, occisis eis restitutum. — 2) Ordinis in templo dicitur de curia in carmine VIII S. 11824 quod infra repetemus. — 3) Cf. N. 5609. 5612.

5518 baetissimo saeculo in[v]i[c]torum principum [*Fl. Valeri Constantini maximi*] | victoris semp. Aug. et Constantini iun. et Constanti gloriosissim. Caes[arum]¹, | aedem sive curiam sed et sexsagonem serva[t]a [*in hoc parte operis?*, cu]riam vero a fundamentis conla.², proconsulatu M. Ce[io]ni Jul[iani] c. v., [*auctoritate eiusdem?*] | et Gezei Largi Mater-